

Peter Wasmund

**Programma Quo ad Funebres Exequias Quas Matronae ... Annae Stuven, Viri ...
Pauli Havemannii, civis Reipublicae urbane primarii, coniugi, marito absente
liberi moestissimi & propinqui praesentes Hodie ... paratas cupiunt, Omnes
omnium ordinum cives Academicos ... invitat /Rector Academiae Rostochiensis
Petrus Wasmundt I.U.D. & Professor**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn776805266>

Druck Freier  Zugang



Wasmundt, P.

in A. Stuve.

U.A. P. Havemann
Rostock, 1631.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776805266/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776805266/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776805266/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776805266/phys_0003)

DFG

Programma
Quo ad
Funebres Ezequias
Quas
Matrona Selectissima
ANNAE STUVEN,
Viri Prastantissimi

PAULI HAVEMANNI,
civis Reipublicæ urbanæ primarij,
conjugi, marito abiente liberi mœstif-
fimi & propinqui præsentes

Hodiè in templo Jacobæ hora media
paratas cupiunt,

Omnes omnium ordinum cives
cos officiosè invitati.

RECTOR
Academie Rostochiensis
PETRUS WASMUNDT
J. U. D. & Professor.



ROSTOCHI
Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.
Anno M. DC. XXXI.

ALMA STYLIS

PATRI HABEMANUS

CIVIS ROMANUS PATER PATRI

ROMA CIVIS ROMANUS PATER PATRI

[http://purl.uni-rostock.de/
rostdok/ppn776805266/phys_0006](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn776805266/phys_0006)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

DFG



R E C T O R
Academix Rostochiensis
P E T R U S W A S M U N D T
J. U. D. & Professor.



Atriarcha Jacob à Pharao-
ne Aegypti Rege interro-
gatus, quot anni vitæ ejus
essent, respondit: Dies pe-
regrinationis meæ centum
& triginta annorum sunt,
pauci & mali, nec perveni-
unt ad dies patrum meorum, quibus illi pere-
grinati sunt. Ostendit Patriarcha jam sua æta-
te vitæ mortalium terminum longè breviorem
constitutum esse, quam prisca ætate parentum,
inter quos licet non defuerint, qui vitæ suæ pe-
regrinationem ad nongentos & sexaginta no-
vem annos extenderint: interim tamen longis-
simus ille vitæ tractus, si cum æternitate confe-
ratur, nullam penitus rationem habet, ubi mil-
le anni sunt tanquam hesterna, & una dies, &

A 2

tota

tota etiam longissima hominis vita instar spithamæ. In hac autem fugaci brevitate mortalis vitæ depingenda Ethnici saniores & Philosophi inter se contendisse & certasse videntur, sic ut verba pariter & res illis defuerint, quibus inanem & evanidam vitæ mortalis fugacitatem fatis exprimerent & depingerent. Alius vitam hominis confert cum rosis, quæ repente nascuntur, senescunt, & intereunt. Alius hominem cum bulla comparat, quæ decidente pluvia in aquis visitur, & de qua merito ambigere possis, citius nascatur, an vero evanescat. Alius cum arborum folijs, quorum unum post aliud marcat & decidit. Alius vitam hominis appellavit umbram & flatum; alias vocat fumi umbram; alias deniq; appellat umbræ somnum; quo nihil vanius dici vel cogitari potest. Merito itaq; Seneca vitam hanc nil nisi fabulam esse dicit, in qua homo ipse varias misericordiarum formas induit: qui qualis sit, si quæris? D. Bernhardus respondet: Homo dolens quod natus, erubescens, quod nudus. Aristoteles, et si Ethnicus, non tamen minus appositiè eandem questionem resolvit, & hominem imbecillitatis exemplum, temporis spolium, fortunæ ludibrium, mutationis imaginem, invidiæ trutinam.

tinam, & quod reliquum est, pituitam & bilem
esse, ait. Idemq; Seneca probat, dum in libro ad
Marciam hominem describit, vas quassum, cor
pus fragile, nudum, inerme, alienæ opis indi-
gum, ad omnem fortunæ aleam projectum.
Quæ omnia si quis accuratiore judicij trutina
penfit, non immerito ambigat, anne rectius
Democritus risu, an Heraclitus fletu, perpetuo
humanæ vitæ vanitates miserias & fragilitates
exceperit. Nos vero verbo Dei edocti, lapsum
primorum nostrorum parentum, & inde in nos
derivatam contagionem meritò deploramus:
ast quando Jesu Christi passionem mortem &
resurrectionem consideramus, meliori jure ri-
demus & exultamus, quippe scientes, corpora,
nostra per mortem velut seminata in ignomi-
nia, resurrecta cum Christo in gloria. Felici-
cem ergo hunc transitum, quo ex caduca in æ-
ternam vitam, de labore ad refrigerium, de ex-
spectatione ad præmium, de agone ad bravium
de fide ad notitiam, de peregrinatione ad patriā
ducimur. Personas itaq; in terrestri hac scena
ita agamus, ut, peccatorum exuvijs abjectis, in
cælesti palatio æternis gaudijs perpetuò frua-
mur. Talem actricem in scena hac mundana se
præstitit honestissima & pientissima matrona

ANNA STUVEN & latissimam catastrophem
actioni divinitus sibi destinatae imposuit. Pro-
dijt illa in hanc lucem & mundi theatrum 25.
Novemb. Anno superioris seculi 1585. nata pa-
rentibus & majoribus honoratissimis. Patrem
habuit *Henricum Stuven*, civem hujus urbis
primarium, matrem *Margaretam Gerdes*, fæ-
minam matronali decore conspicuam. Ex his
parentibus prognata defuncta nostra mode-
stiam, probitatem, pietatem, accidente paren-
tum educatione sedula excoluit: postquam ve-
ro matura viro esset, collocata est in matrimo-
nium anno 22. ætatis Viro præstantiss. *Paulo Ha-*
vemann civi Reipubl. urbanæ primario, viro
literato & literatorum fautori haut postremo,
cum quo tranquillè placide ac concorditer 24.
annis vixit. Hunc maritum toties exoptatum
matrona hæc octo liberorum patrem teddidit,
trium filiorum & quinq; filiarum, ex quibus
quatuor *CATHARINA*, scilicet, *Margareta*
Laurentius & *Elisabetha* per Deicratiam adhuc
supersunt: Quatuor vero, *Henricus* nempe,
Anna, *Paulus* & *Magdalena* fato suo matrem
in mortalitate hac præcesserunt. Durante con-
jugiorum domesticam administravit cautè, fa-
miliam direxit prudenter, marito semper fida-
nA
thori

rthori socia & affabilis fuit; donec in hisce tur-
bis bellicis, tormentorum reboatu, tubarum
clangore, tympanorum sonitu, & armorum
strepitu, absente marito, vigore animi se su-
stinuit, sortita in muliebri corpore virilem
animum, quo suffulta, mortem non modo ma-
gno animo præstolata est, verum etiam despe-
xit, idque non tantum sua vi, sed Dei virtute,
queni arctè pectori fixerat, qua factum est,
ut fœminam hanc ex hac vita mortali avoca-
ret, & nudius tertius ab omnibus peccatis per-
purgatam eò dederet, quo ante aliquot se-
cula beatissimos multos assumpsit: ubi nunc
convivia illa agitat, non cum Judæis, de miti-
gata captivitate Babylonica, sed cum menti-
bus Sanctis, de absorpta ac devicta morte in
Christi victoria.

Hujus ergò tam eximiae matronæ exuvias
liberi mœstissimi & propinqui gremio matris
magnæ hodiè in templo Jacobæo hora media
prima commendari curant. Ad quam ut Academ-
iæ nostræ cives loco dicto ac tempore conve-
niant denuò ab ijs contendimus. Facient eo of-
ficio quod existimatione ipsorum dignum est,
honestissimæ familiæ condolentiam suam o-
stendent, eique solatum haut exiguum præ-
stabui.

Eadem

Eadem opera suæ conditionis mortalem imaginem inspicient, ac divinæ dignitatis exemplum considerabunt, qua factum est, ut vita non solum mediocris, sed etiam tranquillus excessus piè defunctæ contingere. Denique ab aliis exspectabunt, quod huic defunctæ matronæ hodiè præstabunt. P. P. Sub sigillo Academiæ 2. Septemb. M. DC XXXI.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776805266/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776805266/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rostdok/ppn776805266/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn776805266/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776805266/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776805266/phys_0015)


DFG

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776805266/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776805266/phys_0016)



thori socia & affabilis fuit; don
bis bellicis, tormentorum rebo
clangore, tympanorum sonitu
strepitu, absente marito, vigo
stinuit, sortita in muliebri co
animum, quo suffulta, mortem
gno animo præstolata est, verur
xit, idque non tantum sua vi, se
queni arctè pectori infixerat, q
ut fœminam hanc ex hac vita n
ret, & nudius tertius ab omnibus
purgatam eò deduceret, quo ar
cula beatissimos multos assump
convivia illa agitat, non cum Ju
gata captivitate Babylonica, se
bus Sanctis, de absorpta ac de
Christi victoria.

Hujus ergò tam eximiae ma
liberi mœstissimi & propinqui
magnæ hodiè in templo Jacobæ
prima commendari curant. Ad q
miæ nostræ cives loco dicto ac te
niant denuò ab ijs contendimus.
ficio quod existimatione ipsorum
honestissimæ familiæ condole
stendent, eique solatum haut
stabunt.



the scale towards document

932

Patch Reference Chart TET3 Serial No.